Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Datum apud civitatem nostram Insprukke. anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio II. Nonas Septembris. Facta sunt hec in presentia illorum. Perchtoldi Comitis de Eschenloch. fratris sui Hainrici de Liechtenekk. Gotfridi et Lindewici de Widersperch. Chunradi et Aldalrici de Vellenberch. Friderici de Rotenburch. Perchtoldi Chrellen. Engelmari Tarant. Wilhalmi de Brunnenberch. Perchtungi de Mayse. Hainrici de Appelperge. Ernesti de Wemdingen. et fratris sui Hainrici. Gotfridi de Hirzperg. Dictmari et Chunradi de Eistrans. et aliorum multorum qui audierunt et viderunt.

Bene advertit ad hoc instrumentum Reichelbeckius, Albertum Tirolensem Gebhardi socerum anno 1253 esse defunctum. Fallitur tamen, dum hunc Gebhardum Comitem inde dictum esse de Hirschberg; quod possederit castrum Hirschberg haud procul a municipio, Im Eß dicto, situm, cujus non nisi rudera hodie supersunt. Nec enim Comites fuit turris illa Hirschberg apud Ilcus non procul Ilmuiza in Arnivalle superiore, sed Nobilium de Hirschberg, quibus Gotfridus de Hirzperg in hoc ipso diplomate testis subscribitur. de quibus alias suo loco agemus. Comites autem Hirschbergici castrum suum Hirschberg, jam inde ab VIII. Christi seculo possederunt, ab eoque Comites de Hirschberg sunt appellati. Bruschius Catal. Epp. Aystett. Velserus de Boii. l. 5. Hundius Stemmat. Bav. aliique tradunt Suickerum Comitem de Hirschberg, divo Bonifacio auctorem fuisse, ut in suo Comitatu Episcopatum institueret, eumque in finem magnam terræ suæ partem contulisse. Ab hoc Suickero nobilissimam gentem deducunt hoc modo.

/ mutat

/ in Francia

/ circa annum 744

Suickerus vel Suicardus Comes de Hirschberg ad Altonam fluvium in Francia, circa an. 740.

Ernestus Comes de Hirschberg circa an. 935.

Eberhardy. Henricus Comes de Hirschberg. Suickerus Comes de Hirschberg 942, 948.

Hartwicus I Comes de Hirschberg.

Hartwicus II Comes de Hirschberg circa an. 1042. Gebhardus I C. de Hirschberg, Ep. Eichstad. an. 1042; Papa Victor II an. 1055; ob. 1057.

Schwickerus C. de Hirschberg. circa an. 1080. Fridericus C. de Hirschberg, ob. an. 1105.

Ernestus II C. de Hirschberg, an. 1119. Gebhardus II C. de Hirschberg, Ep. Eichstad. 1125; ob. 1149. Otto Comes de Hirschberg.

Gebhardus III C. de Hirschberg. Hartwicus III, Ep. Eichstadianus.

Hartwicus IV Comes de Hirschberg, Kreglingen et Dollenstein.

Gebhardus IV Comes de Hirschberg et. 1248. Adelheidis ux. Lud. C. Palat.

Gebhardus V Comes de Hirschberg et Tirol, Dominus Anvalis. ux. 1. Elisabetha filia Alberti Tirolensis def. 1256. 2. Sophia filia Ottonis IV Ducis Bav. Obiit ipse anno 1305.